



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Detectio Nvgarvm Lvtheri, Cvm Declaratione Veritatis Catholicae, Et Confvtatione Dogmatvm Lvtheranorvm

Bundere, Jan van den

Louanij, 1551

Reverendo Ac Præstantissimo Viro Domino Rvardo De Enchusa sacr[a]e
theologi[a]e professori eruditissimo, diui Petri Decano, nec no[n] insignis
academi[a]e Louaniensis cancellario dignissimo, Frater ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-35621

REVERENDO
AC PRÆSTANTISSIMO
VIRO DOMINO RVARDO DE
Enchusa sacre theologie professori eru-
ditissimo, diui Petri Decano, nec nõ in-
signis academię Louaniensis cancel-
lario dignissimo, Frater Ioan-
nes Bunderius ordinis Bea-
ti Dominici. S. P. D.



ENIT mihi nuper in manus
Ioannis Coclei sacre Theologie
professoris eximij liber, in quo
elegati sane ac disertio stilo scri-
pta acta q; Martini Lutheri, ser-
uata etiam annorum serie, perse-
quutus est. Quem vbi iterum atque iterum (nam
vehementer placebat) auidissime perlegissem de-
mirari mecum coepi ac deplorare quorundã cœcam
dementiam qui tam subdolo, tamq; blasphemio au-
tori, summa animarum iactura tantum tribuerint
hactenus, adeo vt sacrosanctæ ecclesiæ sanctio-
nibus, et antiquorum patrum scriptis, vel negle-
ctis, vel fastiditis, in vnus perditissimi apostatæ
verba iurauerint. Verum dum cogitarem quibus
dolis, technis, blanditijs, imposturis, ac fucis vsus
fuerit, ad simplices facile credulos hominum animos
irrea

irretiendos, mirari tandem desij. Quapropter rem
utilem me facturum putavi, si hoc breui libello hæ-
resarchæ huius damnosa heu nimium lenocinia, ac
perniciosas imposturas aperirem, quo & illaquea-
tis aninis, ut reslirent sibiq; consulerent viam
ostenderem. Et nondum illaqueatis, ne id usu ve-
niat, velut antidotum pararem. Cum igitur non
vacet cuius Coclei volumen magnum euoluere, no-
stra lucubratiuncula (quæ si non ob aliud, certè ob
breuitatem debet esse commendatio) utatur frua-
turq;. Quam si legerit, sedulo à Lutheri scriptis,
ceu à peste nocentissima, abhorrebit. Quis enim
obsecro Luthero addictus esse poterit, si eius stro-
phas, fraudes, fucos, & mēdacia, quibus imperitum
vulgus circumuenire studuit, si iniurias, conuitia,
& contumelias, quibus summum pōtificem, totiusq;
ordinis ecclesiastici proceres fatigauerit, si eius in-
tolerabilem arrogantiam, si deniq; tumultus, se li-
tiones & rapinas quarum ipse & fax, & incen-
sor fuerit, probè cognouerit? Quis verò vel me-
diocriter pius, non ex animo doleat, si sacramenta
ab eo temerata, diuinum cultum prophanatum, pu-
dicitiam ac alias virtutes explosas. Demum vitij
penè omnibus ingentem fenestram atque aditum
reueratatum secum pensitauerit? Quam autē in ca-
tholicissimum Imperatorem fuerit iniurius, quia
libros eius igne cremari iusserit: Quam acer atque
ferox in Angliæ regem quòd eius nugacissima do-
gmata erudito libello confutauerit: Quam duci Sa-

conie Georgio insensus, quia illius sectam ample-
cti noluerit, nouerunt ferè omnes. Neq; obscurum
est quanto furore in Parisiensem ac Louaniensem
academias inuectus fuerit, propterea quòd doctri-
nam suam ab illis explosam & damnatam conspi-
ceret. Hæc omnia multoq; plura vel meridiana
luce clariora fecerit noster hic libellus. Quem si
studiosus & candidus lector assidua manu versare
voluerit, Lutheri scriptis prorsus contemptis, Or-
thodoxis patribus atque ecclesie sancte catholice
mellifluis vberibus & tutius, & tenacius inhære-
bit. Cæterum quoniam ingenioti mei imbecilli-
tas ad perpendiculum omnia trutinare non potest,
visum est hoc nostrum qualecunque opusculum
quando ad sanctae quissimæ tuæ censuræ committere, tibiq;
dedicare. Tum quòd authoritate & sci-
entia polleas: Tum quòd tuam in me
beneuolentiã toties, tamq; mul-
tis in rebus abundè decla-
raueris. Vale.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100